



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Animae in purgatorio detentae liberatio. n. 32.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

Eadem Reginâ quæ duxerat eum ad Societatem Iesu militarem in terris, perfec-  
to iam opere deducente ad Cœlestium Societatem triumphantem in Cœlis.)

XXXII. Annum insequenter octauum decimum memorabilem  
fecit Cometes qui ab horizonte emergens, eodem tempore cœlariem latissi-  
mam protendens ad medium usque Cœli circulum, Europam vniuersam  
suspensum & sollicitam tenuit quid prænuntiaret: Id plerisque commone-  
fuit: Nostram Leodij Tyronum domum res alia digna memoriae excitauit  
ad misericordiam animarum in igne purgante detentarum, & peccati, quan-  
tumuis leue videatur, aestimationem.

Henricus quidam de

Faux Patribus Leodiensibus in Sancti Seuetini villa olim famulatus fuerat, vir  
simplex & rectus. Huius filius Petrus de Faux à primo Anglorum in urbem  
aduentu in famulorum numerum admissus fidelissime etiam letuiuit: Post  
annos fermè quatuor vi quadam atque occultâ violentiâ vexatus, & modò  
in terram, (nemine quem videret impellente) abiectus, modò quasi immen-  
so pondere premeretur grauis, modò nè brachia in altum ad opus sublata  
demitteret impeditus, modò ad parietes violenter allitus, aut nè quo vellat  
progrederetur retehtus, vitam ducebat ad plures menses permolestam; &  
nuuic quidem à malo dñe mone infestari se arbitrabatur, nunc moneri à bono  
vitæ per confessionis Sacramentum expiarer, tūm ut fratri recenter mortuo  
succurreret, aut aliud quod occultum esset peragendum susciperet. Haec tenus  
autem species ei nulla visum est oblatum est, donec Anni in sequentis Februa-  
rio mense, post mane peractam Exhomologesim, ad fæni cumulum violenter  
impulso & propè exanimi, albi quidpiam & rotundi instar complicatae  
manus ostendens est. Illo in angore ac trepidatione ductus ad Ioannem Ge-  
rardi Rectorem, tanto grauabatur onere vix ut pedem posset attollere, &  
præ contentione copiosus è naribus flueret sanguis: Vberimè lachrymantem,  
& cruento perfusum solatus Gerardus, appenso ad collum Agno cereo  
deducit ad cubile (erat enim noctis horanona) monetque ut si quid se offe-  
rat roget quis esset quidque vellet? Quamquam autem quiescere cupienti  
stragula detraherentur, & voce surdâ quidpiam sonaret quod turbato Con-  
fessionis aut Communionis vocabula referret, non est ausus interrogare.  
Nocte igitur postera iubet Gerardus suo in cubiculo ut Petro pariter ister-  
natur, & post fusas preces incumbunt vestiti; Nox penè tota transigitur in nul-  
lo perterritis: Horâ tertią matutinâ Petrus graui mole pressus vociferatur,  
excitatque clamore Gerardum: Is accurrens monet rursus ut interroget; ter-  
giuersantique secundò tertioque cum animam addidisset, ostendit se pri-  
mum species quædam in figuram formata pene puerilem; dein per gente  
Petro rogare quis esset? auctâ ad viri staturam figurâ respondet "Me non  
nasti? Sum Pater tuus" ad quam vocem excitatori Petrus exclamat, Pater  
meus, Pater meus) rogatque quid vellet; Tum cum aliquamdiu tanquam lo-  
quenti alicui dedisset aures, tremulâ voce "Ego, inquit, cras mane, nudis pe-  
dibus, & manugestans cereum ire debeo ad Sancti Martini, & ibi facio San-

Iii 2

cto interf

**1618.** *etō interēsse Mysterio: tenetur enim Purgatorio in igne Pater meus.*) Cum que causam ut quereret suggestisset *Gerardus*, responsum est, "Quod moribus puellæ cuiuspam notam seueriorem temere adpersisset, appellassetque Meretricem; quam culpam licet confessione non expiasset, contritionis tamen beneficio aternas euasione pñnas, temporales luere; Rogatus à quoniam celebrari cuperet sacrum, respondit, perinde esse modò celebretur, placere tamen abeo fieri qui *Tomsonus* vocabatur, is erat idem Rector, *Ioannes Gerardi.*) Itaque postridie solemnī comitatuū est ad Sancti Martini (Templum est Collegio Canonicorum celeberrimum) Petrus pñ nitentis habitu cum cero præcedebat, ponè sequebantur è Tyrocinio ex nostris aliqui populūq;. Sacrum inchoante *Gerardo* apparet filio parens, clamatque rurum Petrus, "Pater meus, Pater meus;) astantem enim videbat reuerenter, & peracto sacrificio exultanti similem de tub altari in sublime concidentem. Neque exigua fuit præsentium conciorumque latitia simul atque admiratio. Elucebat enim in re, de qua nulla posset esse dubitatio, Dei grauiſſimum de peccato iudicium eiusdemque illustris in rite penitentem misericordia, quæ duo pietati inflammata adiumento consueverunt esse quād maximo: Acceslit & argumentum ad Sanctorum patrocinium confirmandū; dixerat enim Sanctam Annam, Matrem Beatissimæ Virginis adfuisse sibi morienti, modò etiam ad Sancti Martini ad futuram: illam etenim olim piè coluerat, congregatis quibusdam sub illius nomine adscriptus, atque annuam solitus offere pecuniolam ut pro fe suisque oraretur.

**XX XII I.** Atque hæc sunt quæ de Missionis huius initij progreſſibꝫque haec tenus notatione digna reperiri potuerunt inter tot tamque varias quibus iactata est Anglia tempestates, & tanquam ex infelici naufragio eripi; nunc de eadem in alteram formam commutata dicendum est. Aucto enim ex noua commodaque habitatione Leodij Tyronum numero, crevit & numerus tum eorum quibus præcepta Theologica tradenda erant Louanij, tum qui ad messem in Anglia colligendam aspirabant, vel Sacerdotio iam initiatorum, vel iuuenum ad similes pro fide auita labores anhelantium. Cūque interea haec Missio, per varias regiones sparsa, per modum Pouinciae Societatis (vt initio instituta est) regeretur ab uno eiusdem Missionis Capite Romæ sedente, alijsque illi quidem vni in Hispanijs, Belgio, & Anglia subordinatis, à Pouincialibus vero locorumque in quibus verlabatur præfectis esset in multis exempta, Vism est aliquibus peccari in decretum vigescum primum Congregationis nostræ septimæ, consultusq; esse si recepto in Societate omnium gentium more huius etiam Missionis subdit i alijs de Societate miscerentur, nē nationum discrimina paulatim magno Societatis damno introducerentur. Ac proinde neque permittendum ut in yis orbitis in quibus Societas Collegia sua habet studiaq; è sola ipsi gente sua Theologie, Philosophia, & humaniorum literarum Professores habeant, multoq; minus Superiores.

¶ *Marius Generalis* vt neque decreto Congregationis videretur derogare, neque

Missio erc.  
cta in Vice  
Prouincia.